



THEMA V.
AN VXOR,

Quae consentit marito testanti, portioni
statutariae sine curatore renunciare
possit?

DEFENSVM

A

CHRISTIANO EHRENFRIED ADOLPHO
FRITZSCHIO
LYCC. LVSAT.



Infirmum sexus sequioris CHRYSO-
STOMVS *part. 2. Hom. in Matth. hom. 23.*
pr. verbis fat notabilibus depingit: Sexus,
inquit, mulierum MOLLIS et INCAV-
TVS est. Mollis, quia facile flectitur,
vel de malo ad bonum, vel de bono ad
malum. Incautus, quia non omnia quae
videt et audit, cum sapientia et ratione

confiderat. Mulier igitur a mollitie dicitur, vti ex *Varonne, La-*
fantio et Augustino tradit *Tiraquell. in leg. connubial. I. Gloss. I.*
part. 1. n. 55. cui adstipulatur Gregorius iunior in c. quod proposuisti
18. vers. sed illud C. 32. Qu. 7. Mollitiem hanc mulierum Glossa in c.
I. X. de clandestin. despons. ad animum trahit; Alii vero in genere
illud asserunt: Quia viro mollior est, siue membra, siue mores,
siue affectus spectemus, prout statuit Goeddaeus ad l. 13. de V. S. n. 9.
Huc pertinet etiam illud Ovven. lib. I. Epigram. 70.

G

Dicta